



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Lignvm Vitae, Ornamentum, & Decus Ecclesiae

In Qvinqve Libros Divisvm. In quibus, Totius Sanctiss. Religionis Divi Benedicti initia; Viri Dignitate, Doctrina, Sanctitate, ac Principatu clari describuntur: & Fructus qui per eos S. R. E. accesserunt, fuissimè explicantur

Wion, Arnold

Venetiis, 1595

D. Paschasius Abbas, contra futuram hæresim de Sancto Eucharistiæ sacramento, propheticus scriptor. cap. LXXVI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38397

D. PASCHASIVS ABBAS:

Contra futuram Hæresim de S. Eucharistia Sa-
cramento, Propheticus Scriptor.

qui

Doctrinam quasi Prophetiam effudit. Eccles. 24.

Cap. LXVII.



Qui Leandro proximus est, Abbatis habitu, mani-
bas Augustissimi sacramenti Altaris figuram ge-
stantis, Paschasium, cognomento Rabbertum re-
præsentat: qui à primæua iuuentute in monasterio
Corbeienfi Galliæ, sub regula S.P.N. Benedicti,
& congregatione Mauriana reformata Luxoniens,
educatus, & eiusdem cœnobij sextus postmodum Abbas effectus,
verbo, non minus quam exemplo, catholicam Ecclesiam mirabi-
liter inuit. Græco enim & Latino sermone nobiliter instructus.
De sacramento Altaris ad Placidum Abbatem, insignem librum
composuit, in quo dilucide & clare Corporis & Sanguinis Domi-
ni in Eucharistiæ Sacramento ueritatem, cum refutatione diuersa-
rum circa hoc hærescon, spiritu quasi prophetico, apertissime de-
monstrauit, & tanti Sacramenti maiestatem & dignitatem intrepide
& fideliter tutatus est, & defendit; qui liber primum, typis, et-
cusus est Parisiis anno 1576. in folio apud Michaellem Sonnum, in
Bibliotheca SS. Patrum Margarini de la Bigne, Tomo 4. Scripsit
quoque, omnium primus (ni fallor) insignem explicationem libris
quinque, in Threnos, siue lamentationes Hieremiæ; quæ excusa
est Basileæ anno 1502. in 4. & alibi in Italia.

Vitam etiam S. Adalardi Abbatis Corbeienfis grauiissimo stylo,
libro uno, qui est apud Surium, Tomo 1. die 2. Ianuarii.

Fertur quoque multa transtulisse de Græco in Latinum sermo-
nem, sed ea nondum uidi. Vixit an. Domini 880. sub Carolo Cra-
so Imperatore Augusto: & ideo magna correctione indigent non-
nulli recentiorum, qui absurdissime anno 1480. horuisse putarunt.
Trittemins de uir. ill. ord. S. Ben. lib. 2. c. 55. & lib. de script. eccl. Sigebertus de ill. eccles. script. c. 98. & alij.

B.GVI.